MISSALE DIOECESIS SALISBURGENSIS
Augsburg, um 1480/1500
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tardi corde ad credendum omnibus
quæ locuti sunt prophete. Nonne hæc
oportuit pati xpm: et ita intra
re in gloriam suam. Et incipiens a
moyse et omnibus prophetis: interpre
tabat illis in omnibus scripturis
quæ de ipso erat. Et appropinquaue
runt castello quo ibant, et ipse se
finxit longius ire. Et coegerunt
illum dicentes. Mane nobiscum
quoniam aduespperascit et inclinata est
iam dies. Et intravit cum illis.
Et factum est dum recumbere cum
illis accepit panem et benedixit
ac fregit et porrigebat illi. Et ap
ti sunt oculi eorum et cognoverunt eum.
Et ipse evanuit ex oculis eorum.
Et dixerunt ad invicem. Nonne cor
nostrum ardens erat in nobis dum
loqueretur nobis in via. et a
perieret nobis scripturas. Et sur
gentes eadem hora regressi sunt in
ierusalem. et invenerunt congregatos
undecim et eos qui cum ipsis erant
dicentes quia surrexit dominus vere et ap
paruit simoni. Et ipsi narra
bant quæ gesta erant in via. et quo
modo cognoverunt eum in fractione
panis. offertorium. Angelus domini descen
dit de celo et dixit mulieribus quæ quæ
ritis surrexit sicut dixit alleluia. Secreta.
Oblata domine munera nostra. Postcommunio
Suscipiant. Infra canonem nostrum indic. Com.
Surrexit dominus vere et apparuit petro
alleluia. Non si infra hæc ebdomadam pascha
lem dedicatio altaris vel ecclesie eve
nerit cantetur. Resurrexi. Prout ad

missa coll. dedicationis ecclesie vel
altaris sub una conclusione. Infra
Quia sapiente posuit terram,
eos alleluia firmabit in illis et non
flectetur alleluia et exaltabit eos in eternum
alleluia alleluia. Ps. Confitemini domino quoniam bo
nus quoniam in seculum misericordia eius. Oratio.
Deus qui ecclesiam tuam nova
semper fecundo multiplicas con
cede famulis tuis. ut sacramen
tum vivificando teneant quod fide p
ceperunt. Per. Ad actum apostolorum.
In diebus illis. Surgens paulus
et manu silentium indicens ait.
Viri fratres filii generis abrahe. et
qui in nobis timent deum. vobis ver
bum salutis hujus missum est. Qui
enim habitabant in ierusalem. et principes
eius ignorantes ihesum et voces
prophetarum que per omne sabbatum le
guntur iudicantes impleverunt.
Et nulla causa mortis in eum
invenientes in eo. petierunt a pylato ut
interficerent eum. Cumque consumasset
omnia que de eo scripta erant. de
ponentes eum de ligno posuerunt in
monumento. Deus vero suscita
vit eum a mortuis. qui visus est
per dies multos his qui simul ascen
derant cum eo a galylea in ierusalem. qui
usque nunc sunt testes eius ad plebem.
Et nos vobis annunciamus ea
que ad patres nostros repromissio
facta est. quam hanc deus adimple
vit filiis nostris resuscitans ihesum
christum dominum nostrum. Gradualis. Hec dies.
Dicant nunc qui redempti sunt a domino quos